EMMANUELI LODIO ECCLESIÆ UTINENSIS EPISCOPO SEMINARII...

Giuseppe Armellini

Google

15

SJ

EMMANUELI LODIO

ECCLESIÆ UTINENSIS EPISCOPO

SEMINARII PROFESSORIBUS

DIE XXX AB OBITU

PARENTANTIBUS

ELEGIAM

AD CIVES MÆRENTES

JOSEPHUS ARMELLINI

OFFEREBAT

Typ. Vendrame

Digitized by Google

ELEGIA

Occidit: heu! miseris nobis fas plangere, Cives;
Occidit: heu! quantum surripit una dies.
Ille obiit nostri formosus Pastor ovilis,
Maximus ille decus pulvis et umbra jacet
Incipe lugubres olli, mea tibia, versus,
Mollia, Levitæ, lilia ferte manu,
Fallor? seu divas auditur fundere voces,
Organa pulsari, mesta ciere melos?
Accipis, Antistes, laudes in amore profusas
Numquid busta super, quo gelida ossa cubant?
Hæc ubi dicta, somum extemplo dedit urna profundum;
Pulvereum excussus sustulit ipse caput:=
Parcite vos, Nati, nunc porrite questibus, infit:
Sat mihi tristitiæ pignora quisque dedit.
Hincque meum assidue, Pater omnipotentis Olympi
Ut salvet populum, cunctaque fausta, precor.
Vos ego novi equidem, me vos novistis et ipsi,
Te o quam dilexi, Vinea lecta mihi.

Augere usque ferax nimiis volventibus annis,
Effundat lymphas fontiger ipse Deus.
Usque liget placidas dulcis concordia mentes,
Omnes perpetuo fœdere vincat amor.
Ignoscantique, quibus me displicuisse videtur,
Ipse ego conclamo: parce, benigne Deus = ...
Dixerat, augustumque caput componit in urna,
Nec sese æterna condere nocte piget.
Incipe lugubres olli, mea tibia, versus,
Mollia, Levitæ, lilia ferte manu.
Obdormi, Antistes, placidam carpe usque quietem,
Cum metuenda viris buccina, surge, canet.
Dormi, quo optabas exuvias positurus in ulnis
Natorum, major queis tibi junxit amor.
Dormi: nec ausint dulces abrumpere somnos
Strix immunda super, nec ululare canes!!
Interea rores squalenti a nocte precamur,
Auræ blandisonæ sint tibi, terra levis.
Post cineres etiam, nullum moriturus in ævum,
Jam vives in opus: gentibus adstat enim
Gentibus et sæclis monumentum insque laboris *
In quod, quis nescit, te potuisse manus?

---

* Seminarium.

Quæque tuum attollet nomen Rosacea sedes
Vitiferi collis vertice celsa super,
Alat ubi, apricæ statio gratissima Floræ,
Qualis in Elysiis aura beata solis.
Inque inopum vives juvenumque senumque catervas,
Queis decernebas fundere largus opes.
Incipe lugubres olli, mea tibia, versus,
Mollia, Levitæ, lilia ferte manu.
Cuncti autem posthac tristes explebimus annos,
Instar maritæ quæ gemit orba viro.
Testit adest Turrus, qui vocibus astra fatigat,
Vita ut flebilior nulla repente cadit:
Testis Natiso, qui luctisono singultu
Olli respondens solvere justa dedit:
Testis et Adriaca, infando quæ territa casu
Regina, augustas est labefacta genas;
Nec abblita suum, spoliavit tempora lauris,
Olim Pastorem, terque quaterque gemens:
Vos hodie testes, tumulo qui tiba ferentes
Extinctum ornatis laudibus et lacrymis.
Tum vero ecquisnam delira voce requiret
In quas virtutes is neque habere potest?
Sunt labes soli; at sese immersurus in undis
Quærunt mortales sole abeunte frui.

99 934941

314

Digitized by Google